


36

01

A

6631



DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA

DE

E M E S I A

SISTENS

EJUS DIFFERENTIAS ACCIDENTALES, AEQUE AC ESSENTIALES,  
SIVE SPECIFICAS.

QUAM

RECTORE UNIVERSITATIS EBERHARDINO-CAROLINÆ  
MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO DUCE AC DOMINO

D O M I N O

C A R O L O

DUCE WIRTEMBERGIÆ ET TECCIÆ REGNANTE,  
REL. REL.

CONSENSU FACULTATIS MEDICAE

P R A E S I D E

GUILIEL. GODOFR. PLOUCQUET,

PHILOS. AC MEDICINAE DOCTORE HUIUSQUE PROFESSORE P. O.

PRO GRADU DOCTORIS RITE OBTINENDO

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

D I E J U L I I M D C C X C I.

IOHANNES VALENTINUS BOESCH,

NESSLAVIO - TOGGENBURGENSIS.

T U B I N G A E

T Y P I S S C H R A M M I A N I S.

26



DISERTATIO IN QUORUNDAM  
M. B. S. I. A.  
SIVE DIFFERENTIAS ACCIDENTALES ET ESSENTIALES  
SIVE METHEORICAS

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.

CAROLO  
DUCI WURTEMBERGAE ET LEGATI RESSANTAE,  
GUILIELMO GODOFR. PI. OUCQUET,  
M. O. GRANO DOCTORI RHE. OSTIENSI  
IOHANNES VALLENTINUS BOSSON  
HERRMANNUS  
TIT. SCHANNKINUS






§. 1.

**N**omen Emesia, sive Vomitus denotat expulsionem violentam & fastidiosam materierum palpabilium ex ventriculo per oesophagum, & exinde per os, ac saepe simul per nares.

§. 2.

Differt itaque à *Ruminatione*, quam ab hominibus quoque peractam legimus <sup>a)</sup> eo, quod cum hac nec fastidium, nec violenti

a) Thom. Bartholinus Hist. anat. Cent. V. Hist. 16. De Unicornu cap. 2. Eph. NC. Dec. I. A. IX. & X. Obs. 140. Fabricius ab Aquap. Opp. anat. Phys. P. II. fol. 137. De Haller Elem. Phys. L. XIX. Sect. IV. §. 15. Horstius Opp. II. p. 162. 167. Ludovici Opp. p. 1101. Morgagni De S. & e. Morb. Ep. XXIX. art. 4. Peyer Merycologia p. 62. 220. Rhodius Centur. II. Obs. 59. Salmuth Cent. I. Obs. 100. Sauvages Nosol. meth. T. II. p. 339. Schurig Chylogia p. 381. Velschius Epifagmat. 35.



lenti motus juncti sint; Novi & ego aliquem, qui non sine voluptate repetitam manducationem ciborum ante deglutitorum per motum spontaneum ex ventriculo revocatorum celebrabat, eosque denuo gustabat.

## §. 3.

Differt à ructu, utpote materiem noni palpabilem expellente.

## §. 4.

Differt a rejectione illa aquæ ex gula, quam tamen El. Rud. *Camerarius* b) Vomitum ex gula appellavit, cum ea non ex ventriculo, sed ex ipso modo œsophago prodire videatur.

## §. 5.

Phænomena, ipsum Emesæ actum vel antecedentia, vel concomitantia, vel subsequencia pro diversis speciebus morbi, aliisque circumstantiis multum variant: Communia omni fere vomitui observantur: Antecedens nausea, animi turbatio, sæpe usque ad Lipothymiam accedens, vultus mutatio quoad colorem qui jam in pallorem, jam in ruborem vergit, mutatio quoad sic dicta lineamenta, dysphoriam & ideam animæ nauseabundam significantia, caloris mutatio, horrores, gasteralgia, quæ omnia tamdiu durant, donec omnes motus, omnia eo collimantia organa in molimen laboris angorisque plenum, ut *Gaubius* ait b), conspirent.

## §. 6.

Ipse vomendi actus perficitur præcipue per ipsius ventriculi contractionem versus cardiacam directam, quam sustinent motus spastici

b) Disput. De vomitu aquæ ex gula. Tub. 1686.

c) Infit. Pathol. §. 797.

§. 6.

spastici diaphragmatis, musculorum abdominalium, aliorumque, his succurrentium; Concurrunt fauces, & intestina, motum illum antiperistalticum promoventia, & ipsa partem materiarum excretarum suppeditantia. Concomitantur hunc actum, prout magis minusve violenter procedit, angor, vel prout ab evemeto, vel dysemeto perficitur, dyspnoea, clamores, faciei jam rubor & turgor, omniumque vasorum distentio manifesta, jam vero pallor, sudores tam universales, quam inprimis frontis, nonnunquam singultus, & dolores abdominales.

§. 7.

Ad phaenomena pertinent inprimis ipsa excreta, quorum fons varius est: Etenim & ipsius ventriculi contenta, & quae ex proximis intestinis non modo, sed & nonnunquam ex remotissimo eorum tractu per motum inversum in eum congeruntur, dein & oesophagi, faucium, oris contenta per motus hosce everruntur; Prout itaque modo naturalia, modo praeternaturalia ea contenta fuerant, jam haec, jam illa excreta observare licet.

§. 8.

Prodeunt hoc modo, quae ante alimentorum nomine ingesta fuerant, liquores inquilini in cava ista effusi, quandoque autem & plane insolita, heteroclitia, <sup>d)</sup> ut, *si historis consignatis credere fas*


---

d) Marcellus Donatus, de Hist. med. mirab. L. II. cap. 1. Schurig, Chylogog. p. 487. seq.

*fas est*, abortus, e) acus, f) animalia varia, g) bufones, h) catulus, i) catus, k) limax, l) millepedes, m) mus, n) lacerta, o) larvæ, p) insec-

- e) Eph. NC. Dec. I. A. I. Obs. 108. quam observationem auctor ejus Maroldus etiam peculiari Differtatione: De abortu per vomitum rejecto. Altd. 1669. promulgavit.
- f) Eph. NC. Dec. III. A. VII & VIII. Obs. 169.
- g) Eph. NC. Dec. III. A. V & VI. Obs. 294.
- h) Bartholinus, Hist. anat. Cent. IV. Hist. 19. Borellus, Cent. III. Obs. 57. Bresl. Samml. 1720. II. p. 437. 1721. I. p. 78. & ante. Eph. NC. Dec. I. A. I. Obs. 103. A. II. Obs. 56. Cent. VIII. Obs. 84.
- i) Breslauer Samml. 1721. p. 427. Camerarius, Memorab. Cent. XIX. n. 63.
- k) Eph. NC. Dec. I. A. I. Obs. 109.
- l) Eph. NC. Dec. I. A. III. Obs. 85. Dec. II. A. X. Obs. 31.
- m) Eph. NC. Dec. II. A. I. Obs. 98. Wall in Philos. Trans. v. Leske Aus. Abh. V B. p. 18.
- n) Eph. NC. Dec. II. A. VIII. Obs. 157. Faullini Cent. II. Obs. 7.
- o) Act. NC. Vol. I. Obs. 107. (aquatica.) Bartholin. Hist. anat. Cent. V. Hist. 94. Bresl. Samml. 1722. p. 301. Eph. NC. Dec. I. A. III. Obs. 311. Weikard vermischte Schriften. III B. p. 36. 131. Kleine Schr. p. 82. (aquatica five Triton.) Observat. medica curios. de excretionem vermis &c. Wolfenbütt. 1723.
- p) Büchner, Miscell. 1727. p. 368. 1730. p. 1074. Eph. NC. Dec. I. A. IV & V. Obs. 80. Dec. II. A. IV. Obs. 39. Dec. III. A. II. Obs. 201. Cent. I & II. Obs. 116. Fränkische Samml. IV B. p. 64. Lifter in Philos. Trans. v. Leske Auscd. Abh. I B. p. 163. N. Samml. med. Wahrnehm. VIII B. p. 362.





infecta, q) pisciculus vivus, r) rana, s) serpens, t) tulpa, u) vermes v) nec non carneaë massæ, w) aliaque concreta, vel excrescentiæ, x) clysmata y) & pessî, z) gypsum, aa) hydratides,

- q) Eph. NC. Dec. III. A. IV. Obs. 23. A. V & VI. Obs. 294. Cent. VII. Obs. 26. Forestus, L. XVIII. Obs. 19. Jessop in Philos. Transact. v. Leske Anserl. Abb. I B. p. 162.
- r) Borellus, Cent. I. Obs. 9. Eph. NC. Dec. III. A. IV. Obs. 52.
- s) Bresl. Samml. 1718. p. 695. 1720. II. p. 440. Helwig, Observ. n. 92.
- t) Borellus, Cent. III. Obs. 31. Eph. NC. Dec. II. A. I. Obs. 39. Dec. III. A. V & VI. Obs. 159.
- u) Eph. NC. Dec. I. A. VIII. Obs. 90.
- v) Auctores Plures. Rumlerus Obs. 100. Samml. med. Wahrnehm. IX B. p. 388. (saccus verminofus.)
- w) Eph. NC. Dec. III. A. VII & VIII. App. p. 829.
- x) Act. NC. Vol. II. Obs. 139. III. Obs. 80. Eph. NC. Dec. I. A. II. Obs. 18. Marcellus Don. L. III. c. 5. p. 247. Tulpius, L. II. c. 23. Zacut. Lufit. Prax. admir. L. III. Obs. 115.
- y) Act. NC. Vol. I. Obs. 30. N. Act. NC. Vol. VI. Obs. 38. Bartholinus, Hist. anat. Cent. IV. Hist. 68. Borellus, Cent. I. Obs. 17. Camerarius, Memorab. Cent. XIX. n. 84. Eph. NC. Dec. I. A. III. Obs. 209. A. IX & X. Obs. 94. Dec. II. A. V. Obs. 195. Dec. III. A. VII & VIII. Obs. 39. Fabricius Hild. Cent. VI. Obs. 70. Forbes in med. Comment. v. Edinb. IX B. I. p. 82. de Graaf, de Clysteribus p. 195. de Haen, Rat. Med. P. II. p. 69. III. p. 95. VII. c. 4. § 1. Lentilius, Eteodrom. p. 1021.
- z) N. Act. NC. Vol. VI. Obs. 38. Camerarius, Memorab. Cent. XIX. n. 84. de Graaf, de Clysteribus p. 196. Marcellus Don. L. IV. c. 3. p. 312. ex Matthæo de Gradu. Sennertus, Prax. L. III. P. II. S. II. c. 3. ex Guainerio, & Oethen.
- aa) Eph. NC. Dec. II. A. X. Obs. 46.

des, <sup>bb</sup>) nummi, <sup>cc</sup>) pili, <sup>dd</sup>) pus, <sup>ee</sup>) tramen, <sup>ff</sup>) stercora <sup>gg</sup>) & urina, <sup>hh</sup>) Taceo ea, quæ per modum fascinationis ingesta, & per vomitum iterum egesta abs credulis dicuntur.

§. 9.

Effectus emesiae pro re nata erunt modo salutare, modo noxii: Etenim per eam non modo evacuantur, quæ proxime ventriculo & ex parte intestinis molesta, inimica erant, multorumque morborum fons & materies ita brevissima via ex corpore eliminatur, sed & ex irritatione, in ventriculum agente, sequitur uberior exhalatio & depositio liquoris gastrici, viscera abdominalia, præcipue systema biliferum quatitur, & sine dubio per consensum irritatur: Thorax pariter vehementer concutitur, mucusque tenax in viis aëriiferis & faucibus haerens movetur, expellitur; Capitis vasa distenduntur, in aliis tamen & ex congestione ad abdomen deplentur; Circuitus universus promovetur, acceleratur, unde, ut & ex consensu, qui inter ventriculum & cutem, universum systema nervicum, & omnes oeconomiae animalis partes

<sup>bb</sup>) Eph. NC. Cent. I & II. Obs. 60. Samml. med. Wahrnehm. VIII B. p. 167. (saccus hydatidosus.)

<sup>cc</sup>) Eph. NC. Dec. II. A. IX. Obs. 47.


<sup>dd</sup>) Aë. NC. Vol. IV. Obs. 16. Eph. NC. Dec. II. A. IX. Obs. 179. Dec. III. A. II. Obs. 71.

<sup>ee</sup>) Bresl. Samml. 1725. II. p. 99. Eph. NC. Dec. II. A. X. Obs. 71. Fabric. Hild. Cent. IV. Obs. 28. Mayer, Diss. de Vomica lienali &c. Francf. 1757.

<sup>ff</sup>) Eph. NC. Dec. I. A. VI & VII. Obs. 31.

<sup>gg</sup>) Eph. NC. Dec. II. A. X. Obs. 150. Cent. I & II. Obs. 138.

<sup>hh</sup>) Fabric. Hildan. Cent. V. Obs. 47.



partes obtinet, omnes fere secretiones & excretiones promoventur: Systema vasorum absorbentium ad functiones suas sollicitatur, & circuitus post turbas sedatas fit aequabilior.

## §. 10.

Altera ex parte autem etiam corpus per vomitus frequentiores, habituales, chronicos succis nutritiis privatur, exhauritur, vires labefactantur, uti ex jam recensitis effectibus jam salus, jam perniciis exspectari debet.

## §. 11.

Præter diversas scenas, aliasque varietates emesicæ, dantur adhuc aliquæ tanti momenti, ut Nosologi minus cauti, fundamenta veræ morborum divisionis aut non rite perpendentes, aut minus aestimantes, eas pro differentiis specificis habuerint: Sic omnino interest, an vomitus sint modo transitorii, an vero habituales, chronici, an sint periodici, nec indifferens est, quænam excreta per eos prodeant, quomodo aegrum afficiant, quando & quibus in morbis accidant, & sic porro: Verumtamen hæc omnia non sufficiunt ad rite constituendas differentias, essentielles, specificas, utpote quæ non nisi in diversitate sedis & materiæ ponendæ sunt:

Illa quidem momenta ipsa ad veræ speciei dignotionem, uti hæc ad formandas indicationes therapeuticas faciunt.


## §. 12.

Ad hanc normam in serie specierum primo loco ponenda erit Emesia

Pathetica.

B

Res



Res omnibus nota, vomitus sequi posse iram, aliaque pathemata, unde imperium systematis nevrici affecti in ventriculum, omnemque oeconomiam animale luculenter patet.

## §. 13.

## Phantastica.

Quem latet, imaginationem nauseosis ideis affectam vomiturationes, ipsosque vomitus ciere & posse & solere? Ita aspectus rei fastidiosæ, invisæ, sordium, hominum vomentium, odores tetri, abominabiles, narratio historiæ nauseosæ effectum istum, saltem in sensilioribus edunt: Etiam tristes ideas eundem produxisse, legimus. a)

## §. 14.

Sequitur Gasteropathica, cum ipse ventriculus immediate affectus, irritatus est. Hæc species plures comprehendit.

Sub species, ut

- 1) Pleroticam, cum quis alimentorum, etsi optimorum nimiam copiam ingessit, vel & eam nimis avide, vel justo velocius devoravit; Causa irritans hic erit ipsa moles.
- 2) Acathartam, dyspepticam. Ingesta viribus digestionibus, relative debilioribus non auscultantia, & assimilari recusantia, ut peregrina heteroclitica corpora irritabunt, eo magis, cum ista in sui generis corruptionem declinant, & tum ut nauseosa, acria agunt.
- 3) Cacotrophicam. Inter ea, quæ ab hac illave gente, vel a quibusdam forte hominibus in materiam alimentariam recepta sunt,

a) Henr. ab Heer Obs. med. n. 26.

sunt, plura sunt, quæ non omnibus profunt, & hoc respectu inter prava alimenta, quæ forte non nisi dura necessitas imperavit, numeranda sunt; hæc digestioni non parere, & quandoque ex innata acrimonia ut emetica agere, non est, quod mireris.

## 4) Phlegmatica.

Nimia mucii copia ex vasis secernentibus ventriculi in ejusdem cavum deposita, quæ ipsa depositio statum illius præternaturalem innuit, nauseam & vomitum ciere valet.

## 5) Biliofa.

Etiã non omnes humores, colore bilioso tincti, naturæ vere biliosæ sint, sed potius sæpenumero non nisi sanguinis resoluti, sub & in apparatu secretorio multum mutati soboles & producta sint, tamen vera bilis, siue naturaliter, siue præternaturaliter constituta facile in ventriculum per motum antiperistalticum agitur, & causâ vomitus evadere potest.

## 6) Atrabilaria.


Obscuriori hoc nomine recensenda est emesia, quæ ex stagnantibus ante in systemate hepatico humoribus, jam vero resolutis, & una cum bile in ventriculum revolutis exoritur.

## 7) Putrida.

Materies putrida qualiscunque siue ingesta, siue inquilina, excitatis ideis nauseosis & ceu stimulus plane inimicus vim ventriculi reagentem excitare, & ad sui fugam compellere potest.

## 8) Pyica.

Pus, quocunque ex fonte haustum, & in ventriculum delatum, stimuli vices subire, emesiamque producere valet, v. §. 8.



## 9) Oxodes.

Acidum, sive purum, sive pituitæ inviscanti permixtum, maxime id, quod intus generatur, sæpius, præcipue in infantibus, vomitus ciet.

## 10) Zoica.

Animantia viva, quacunq; via intravere, motu suo aliisque actionibus ventricululum laceßere & non modo gasteralgiam, sed & vomitus salutareß causari poßunt. v. §. 8.

## 11) Toxica &amp; Pharmattica.

Pharmaca, ambiguo nomine à Veteribus insignita, corpora, tam in perniciem, quam in salutem tendentia, plurima ita comparata sunt, ut in ventricululum recepta vomitus cieant, quandoque non compescendos, adeoque hypercatharfin, quin & ipsam mortem causantes: Sunt, quæ externo corpori applicata eundem effectum edunt, ut nicotiana <sup>b)</sup>.

## 12) Exotica, Allotria.

Corpora plane peregrina, à natura humana aliena, qualia §. 8. recensuimus, stimulis suis mechanicis aliisque ventricululum ad emesiam convellere apta sunt.

## 13) Miasmatica &amp; Pyretica.

Miasmata aliæque materiæ febriles pariter in stimulum cedunt, quotidiana experientia teste.

## 14) Dilytica.

Læsiones ventricululi ipsius, variæ, solutio continui, parietes sive penetrans sive non, sive ab exteriori, sive ab interiori latere

<sup>b)</sup> Eph. NC. Dec. II. A. II. Obf. 188. Riedlin Lin. med. 1695. p. 100.

latere procedens, sive à mechanica vi fauciente, sive ab  
erosione, suppuratione &c. orta ventriculorum adeo irritabit,  
ut crebri vomitus inde nascantur. Ventriculi læsi, erosi,  
perforati, rupti, exempla plura allegare hujus non est loci.

15) Plegmasitica.

Inflammatiō ventriculi præter alios effectus & hunc habet,  
ut sensiliter affectus ventriculus in vomitus ruat <sup>c)</sup>.

16) Gangrænosa.

Gangræna, sive subito, sive prævia manifesta inflammatione  
exorta, sive ex eadem enata, pariter vomitus quandoque  
comites habet <sup>d)</sup>.

17) Darſica.

Excoriatio ventriculi, quibuscunque ex causis producta tan-  
tam ventriculo impertitur sensibilitatem, ut ingesta quævis  
acriter sentiat, doleat, & sæpiissime per reactionem validam  
reiciat.

18) Helcotica <sup>e)</sup>.

Pari modo ulcerosum statum, quacunque in parte ventriculi  
locum habeat, eundem effectum producere necesse est.

19) Carcinomatosa <sup>f)</sup>.


20) Arte-

c) Morgagni De S. & c. Morb. Ep. XXX. art. 4.

d) ibid. art. 16. Marcellus Donatus L. IV. c. 3. p. 310.

e) N. Samml. med. Wahrnehm. II B. p. 203. (pylori)

f) Morgagni De S. & c. M. Epist. XXX. art. 2.



## 20) Arterievrysmatica &amp; Phlebevrysmatica.

Memorabilis omnino est hæc species, quæ ex vasis sanguiferis ventriculi præternaturaliter dilatatis oritur, soboles plerumque congestionum sanguinearum alias sic dictarum hæmorrhoidum erronearum, vel & violentiarum, eo magis momentosa, quod symptomata eam comitantia in errore diagnostico ducere possunt, ac si ventriculus materiis evacuandis oppletus esset, quæ tamen indicatio hic tantum abest, ut locum habeat, ut potius valde nocivos effectus exinde resultare neesse sit.

## 21) Cum proxime præcedenti multum convenit Symphoretica:

Adfunt hic vasa oppleta, expansa, quandoque infarcta; & subdividitur hæc species in

- a) Hæmifchetica, ut ex suppressis menstruis <sup>g)</sup>,
- b) Arthriticam, cum podagra, aliæve arthritidis eruptiones per congestionem introfium versam ventriculum affligunt <sup>h)</sup>.
- c) Metastaticam. Sive pus <sup>i)</sup>, sive aliæ materiæ morbificæ fuerint, huc determinatæ, ipse ventriculi membranæ iis affectæ stimulum emeticum experiuntur.
- d) Helcoxeroticam. Etiam hæc cum priori præcedenti multum convenit <sup>k)</sup>.

e) Ischu-

g) Horstius Opp. II. p. 292.

h) Default sur la goutte p. 213. Stoll Rat. Med. P. V. p. 461.

i) Dachs in Harlem. Abhandl. v. Auserl. Abhandl. für praktische Aerzte. I B. III St. p. 69.

k) Riedlin Lin. Med. 1695. p. 295.



e) Ischuricam. Ita vomitum urinosum allegat *Sauvages* 1).

22) Alius naturæ est Stenochorica, sive

a) Coeliaca.

Ventriculus quoad cavitatem suam angustatus m), contenta vel potius continenda per justum digestionis tempus retinere non poterit, eaque brevi rejiciet.

Sive b) Pylorica, cum pylorus modo angustatus est n): Obstaculum, quod contenta, transitum per eum molientia experiuntur, regurgitare ea faciet, & motus antiperistalticus, ab irritato obstaculi puncto inchoans in vomitus erumpet.

23) Opposita huic est Evrysmatica \*).

Nimia hujus visceris expansio, & status evrysmaticus per se quidem emesicæ favere non videtur: Testimonium autem Observatorum rem extra dubitationis aleam ponit: Dilatati ejusmodi ventriculi simul extenuati in membranis suis sunt, & sic facile majorem sensilitatis & irritabilitatis gradum acquirunt.

24) Thliptica.

Omne obstaculum, justam ventriculi expansionem prohibens, eique, sive perpetuo, sive tantum a cibis distento sese opponens, adeoque thlipin efficiens, irritabit tunicas, & vomitui ansam dabit. Hujus census sunt:


a) He-

1) Nosolog. Meth. P. II. p. 344.

m) Act. N. C. Vol. IV. Obs. 101. Forestus L. XVIII. Obs. 34. Rhodius Cent. II. Obs. 63. Sauvages Nos. Meth. P. II. p. 340.

n) v. infra ad Speciem: 27.

\*) Anderson in Med. Comment. v. Edinb. II B. p. 302.



- a) Hepatica & Cystica. p)
- b) Splenica. q)
- c) Pancreatica. r)
- d) Epiploica. s)

Non negamus, etiam consensum hic potenter operari posse, verumtamen thlipis majorem culpæ partem habebit.

- e) Angievrysmatica. t)
- f) Oncodes.
- g) Steatomatica. u)
- h) Inter thlipticas numero quoque Celicam, quæ ab ipso ventriculo in herniam capto procedit. Gastrocelicum vomitum appellat *Sauvages*. v)
- i) Chondrica, sive ea, quæ à cartilagine xiphoidea luxata, vel introsum versâ oritur.

25) Pa-

- 
- p) Default sur les malad. veneriennes p. 237. Eph. NC. Cent. III. & IV. App. p. 147. Eyerel Sylloge Obs. IV. p. 42. Portal mémoire sur quelques maladies de foie. v. Med. Comment. v. Edinb. X. B. II. p. 77. Selle N. Beitrage III B. p. 115. (à chololithis.)
  - q) Selle, N. Beitr. II B. p. 41.
  - r) Bader, Observat. n. 23. Eph. NC. Dec. II. A. VI. Obs. 131. Cent. VIII. Obs. 20. de Haen, Rat. Med. P. VI. p. 20. Morgagni, De f. & c. Morb. Ep. XXX. Art. 7. 10. 12.
  - s) Huxham in Philos. Trans. v. Leske Augerl. Abhandl. II B. p. 73. Opp. III. p. 8. (steatomatofum.)
  - t) Theden, N. Bemerk. II Th. p. 75.
  - u) Bader, Observat. n. 42. (thlipis pylori ex ca.) Eph. NC. Cent. VI. Obs. 16. (mesenterii.)
  - v) L. c. p. 342. species 18.

25) Paratopica, cum ventriculus fede sua depulſus eſt. w) D (ca

26) Sequuntur eae, quae abs Exallaxi, feu mutatione membrarum ventriculi naſcuntur, quorum pertinet:

Leptohymerica. x)

27) Chondrogenes. y)

28) Scirrhouſa, Tylotica. z)

Præcipue in cenſum venit vitium hocce quoad pylorum, qui per id anguſtatus contentorum exitum in duodenum præpedit, vel plane recuſat.


29) Ge-

w) Bader, Obſervat. n. 23.

x) Act. NC. Vol. IX. Obſ. 106.

y) Hochſteiter in med. Wochenblatt 1783. p. 123. Stoll, Rat. Med. P. III. p. 356. 385. 401. Sayer in Philoſ. Transact. v. Leſke Auſerl. Abhand. III B. p. 54.

z) Act. NC. Vol. IV. Obſ. 107. (durities ſcirrhouſa circa pylorum.) VI. Obſ. 151. (tumor ſcirrhouſus pylori.) Bader, Obſ. 47. (pylorus ſcirrhouſus.) Bartholinus, Hiſt. anat. Cent. IV. Hiſt. 47. (callus pylori.) von Berger in Act. Soc. Med. Havn. Vol. I. (pylorus.) Cloſſius, Obſ. miſcell. n. 11. (ſcirrhus ventriculi.) Eph. NC. Dec. II. A. VI. Obſ. 101. (pylori ſcirrhus.) Obſ. 131. (ſcirrhus pylori & pancreatis.) A. VIII. Obſ. 133. (pylori ſcirrhus.) Cent. VIII. Obſ. 20. Cent. X. Obſ. 10. de Haen, Rat. Med. P. IV. p. 13. (pylorus.) Harder, Apiar. Obſ. 62. (pylorus.) Marcellus Don. L. IV. c. 3. p. 314. (pylorus.) Morgagni, de f. & c. M. Ep. XXX. Art. 14. (pylorus.) LXV. Art. 3. (pylorus.) Ooſterdyk, v. Auſerl. Abh. für pr. A. VIII B. p. 613. Pezold, vom verhärteten Magenmund. Richter, Caſus pylori calleſi. Samml. med. Wahrnehm. I B. p. 418. V B. p. 468. (pylorus.) N. Samml. med. Wahrnehm. VI B. p. 131. (pylorus.)

29) Gerontica. <sup>a)</sup>

Etiã hæc, saltem ex parte, á mutatione substantiæ pendere videtur.

## 30) Spastica.

Objici posset, omnes emesias esse spasticas, id quod omnino negari nequit: Verumtamen sunt, quæ à meris spasmodicis ventriculo ipso cæteroquin non affecto procedunt, ideoque etiã patheticæ atque phantasticæ hic locus fuisset, nisi cum psychicæ sint, primum iis locum assignare potius placuisset.

Ad spasticas referendæ erunt:

a) Hyperæsthetica, b) sive ab hyperæsthesia universali producta: Sensorium internum, quatenus per univèrsam hominem regnat, levissimis sæpe ex occasionibus in hyperæstheticis, quos aliàs hypochondriacos, hystericas vocant, graviter afficitur, & in turbas ruit vix compescendas, inter quas etiã vomitus occurrit.

b) Sympathica, & quidem

a) Encephalica.

Sin-

<sup>a)</sup> Lentin, Memorabil. &c. p. 136.

<sup>b)</sup> Sauvages, Nosol. Meth. l. c. spec. 9. Vomitus hypochondriacus. Eph. NC. Dec. III. A. III. Obs. 182. Craufius, Diss. de vomitu hypochondriaco. Jen. 1692. Lentinus, Iatromem. p. 61. 220.

Singularem casum refert *Platerus*, e) de homine, cui post caput amputatum, ex oesophago rescisso vomitus procedebant. Ipsa encephalica species iterum subdividi potest in

1) Anafisticam.

2) Travmaticam.

Veritas harum specierum Lippis & tonforibus nota est.

3) Dinoden.

Vertigo, quacunq[ue] ex causa inducta, ut ex navigatione, d) sepiissime emesiam efficit.


4) Isthmicam & Pharyngeam, & quidem

a) Gargalicam.

Quicquid fauces vel pharyngem levius irritat, titillat, experientia teste vomituritiones ciet, vomitus ipsos promovet, & provocat, sive sint corpora peregrina,

e) Obs. L. III. p. 803.

d) Eph. NC. Dec. III. A. V & VI. App. p. III. Ludwig, Diff. de vomitu navigantium. Lips. 1738. Schorer, medic. Peregrinant. p. 135. Thieffen, Diff. de morbo marino. Regiom. 1721. Vater, Diff. de morbis classiariorum & navigationum. Witeb. 1715.



grina, sive phlegma partibus istis adhærens, incautis quandoque erroneam indicationem emefeos offerens.

b) Stenochoricam?

*Sauvages* vomitus ab oesophago obstructo exempla & testimonia plura affert, <sup>e)</sup> quæ autem potius ad Dyscatabrosin spectant: Adeoque dubitanter modo hanc speciem propono.

5) Diaphragmaticam.

Musculus hicce, diaphragma, magnas in vomitu excitando partes habet, ejusque ergo irritatio, etiam confensualis, eum provocare valet.

6) Splanchnicam.

Viscera, cavo abdominali contenta, multifariam affectu etiam hoc respectu ad morbum nostrum concurrunt.

7) Nephricam & Cysticam. f)

Præcipue renes & vesica urinaria vario modo patientes eo faciunt,

8) Or-

c) L. c. Spec. 21.

f) Morgagni, l. c. Ep. XXX. Art. 22. Ep. XXXVI. Art. 20. Selle N. Beitr. III B. p. 114.

## 8) Orchicam.

Sensibiles valdopere testes, morboso affecti, vel & accidentaliter læsi eodem modo id efficiunt, de quo sermo est.

## 9) Aphrodisiacam.

Observatio *Hertodii*, §) foeminam producit, cui coitus semper vomitus excitabat, sive vacuo, sive pleno ventriculo exerceretur.

## 10) Cyeticam. h)

Gravidarum vomitus maxima ex parte consensui tribuendos esse, facile patet.

## 11) Odonticam, Dysodonticam.


Dentium vitia irritantia, præcipue gravis eruptio dentium tantas sæpe turbas consensuales cient, ut & vomitus inter eas numeres: Concurrit quidem in infantibus acris, quam deglutiunt, saliva, pharmaci stimulantis instar agens.

12) Perial-

---

g) Eph. NC. Dec. I. A. I. Obs. 4.

b) Camerarius, Diff. de vomitu gravidarum. Tub. 1682.



## 12) Perialgicam.

Dolor partis cujuscunque gravior, in sensibilibus saltem idem efficit; sic vomitus ex manus distortionem legimus. i)

## 13) Cineticam. k)

## §. 15.

Alium Subspecierum manipulum comprehendit

## Enteropathica.

Ordo naturae vult, ut contenta ventriculi in & per intestina transeant, ita, ut absorptis in via utilioribus & fluidioribus, crassiora ad locum ejectionis perveniant; Quicquid ergo hoc iter praepedit, motus antiperistalticos, & eo ipso vomitus ciebit.

Erunt autem hæc:

## 1) Emphrastica.

Materiae sive solidiores, sive aliae, canalem intestinale vel in uno modo loco infarciunt, ibi obstaculum figunt, & ex hoc irritationis puncto retrogradi spastici motus inchoabunt.

## 2) Ste-

i) Eph. NC. Dec. III. A. IV. Obs. 69.

k) de Büchner, Diff. de nausea & vomitu eorum qui curru vehuntur. Hal. 1751.



## 2) Stenochorica. 1)

Etiam imperfectæ stenochoriæ effectum hunc in irritabilioribus edent.

## 3) Thliptica.

Pressio mechanica, extus in parietes intestinorum operans, diametrumque canalis alicubi sive delens, sive imminuens hunc effectum producet. Thlipticæ subspecies erunt:

- α) Physconica, ex visceribus abdominalibus tumidis, aliisque tumoribus in hoc cavo enascentibus. <sup>m)</sup>
- β) Celica, ex herniis intestinalibus, ubicunque locorum sint.
- γ) Parifactica, sive ex intussusceptione.
- δ) Chordapfica, sive ex volvulo.

## 4) Symphytica:

Coalitus intestinorum vel in exiguo loco, parietes uniens vel in saccum cæcum ea terminans <sup>n)</sup>, insuperabilem resistentiam motui peristaltico opponet.

## 5) Spastica:


Multiplici ex fonte orientes spasmi, intestina afficientes, ea non modo occludere, sed & simpliciter antiperistalticum motum ciere possunt.

§. 16.

(1 Morgagni, de f. & c. M. Ep. XXX. Art. 12. XXXIX. Art. 21-29. Stalpart van der Wiel Cent. I. Obs. 56.

<sup>m)</sup> Eph. N. C. Cent. VI. Obs. 16. (steatoma mesenterii, ventriculum premens).

<sup>n)</sup> Finck Gallenkrankheiten p. 280.



## §. 16.

Denique, cum musculi abdominales cum diaphragmate, & præcipue posterius tam per se, quam per consensum ita in ventriculum operari valeant, ut hic inde prematur, irriteretur, & cæteris paribus in vomitum agatur, dabitur quoque species

Myopathica & Diaphragmatica, & quidem

- 1) Thliptica, quæ præcipue ad diaphragma spectat.
- 2) Phlegmasitica, ex inflammatione, & ultimo loco
- 3) Spastica.

T A N T U M!

01 A 6631

ULB Halle 3  
002 934 922



50







DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA  
DE  
**E M E S I A**  
SISTENS  
EJUS DIFFERENTIAS ACCIDENTALES, AEQUE AC ESSENTIALES,  
SIVE SPECIFICAS.

26

QUAM  
*RECTORE UNIVERSITATIS EBERHARDINO-CAROLINÆ*  
*MAGNIFICENTISSIMO*  
SERENISSIMO DUCE AC DOMINO  
D O M I N O  
**C A R O L O**  
DUCE WIRTEMBERGIÆ ET TECCIÆ REGNANTE,  
REL. REL.

*CONSENSU FACULTATIS MEDICAE*  
P R A E S I D E  
**GUILIEL. GODOFR. PLOUCQUET,**  
PHILOS. AC MEDICINAE DOCTORE HUIUSQUE PROFESSORE P. O.  
PRO GRADU DOCTORIS RITE OBTINENDO  
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT  
D I E J U L I I M D C C X C I  
**IOHANNES VALENTINUS BOESCH,**  
NESSLAVIO - TOGGENBURGENSIS.

TUBINGAE  
TYPIS SCHRAMMIANIS.